



## Universitätsbibliothek Paderborn

### **V. P. Gasparis Druzbicki, Societatis Jesu, Opera Omnia Ascetica**

Aucta Duobus Opusculis De Effectibus, Fructu, Et Applicatione Sanctissimi  
Missæ Sacrificii, Et De Sublimitate Perfectionis Religiosæ. Catalogum  
Tractatum Asceticorum Omnium Vicina Post Dedicacionem Pagina  
Indicabit

V. P. Gasparis Druzbicki, Societatis Jesu, Jesus Passus Per Centuriam  
Modorum Meditandi passionem Salvatoris nostri illustratus; cui  
accesserunt Meditationes In Passionem Domini XLVI. - Juxta numerum  
dierum Quadragesimæ

**Druzbicki, Kaspar**

**Ingolstadii, 1732**

**VD18 90066405**

36. Considerando in Passione Christi Laborem & Dolorem.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-45427**

## MODUS XXXVI.

**T**rigesimus sextus Passionem Domini meditando modus est; Partiendo eam in Laborem & Dolorem, quem Christus Dominus patiente sustinuit. Dulcius sapiet hæc Meditatio, à Bernardi, quàm à meis verbis: quæ proinde hic appono.

Duo nobis reliquerat in hæreditatem vetustus Adam, qui fugit à facie Domini; Laborem videlicet & Dolorem. Laborem in actione, Dolorem in Passione. Non hoc ipse audierat, in Passione. Non hoc ipse audierat in Paradiso, quem acceperat ut operaretur, & custodiret illum: operaretur delectabiliter, custodiret fideliter sibi & posteris suis.

Christus Dominus laborem & dolorem, consideravit, ut traderet eos in manus suas: immo se magis in manus eorum, infixus in limo profundi, & intraverunt aquæ istæ usque ad animam ejus. *Vide (inquit ad Patrem) humilitatem meam & laborem meum, quia pauper ego sum & in laboribus à juventute mea. Laboravit sustinens, manus ejus in laboribus servierunt.* De Dolo- re vide quid dixerit. *O vos omnes qui transitis per viam, attendite & videte, si est dolor sicut dolor meus. Vere languores nostros ipse portavit. Vir dolorum, pauper & dolens, tentatus per omnia absque peccato. Et in vita passivam actionem, & in morte Passionem activam sustinuit, dum salutem operaretur in medio terræ.*

Proinde memor ero, quamdiu fuero, laborem illorum, quos pertulit in prædicando, fatigationem in discurrendo, tentationum in jejunando,

V. P. Druz. Op. VIII.

N

nando,

G: Druz:  
Sicut  
oper: acced:  
Tomus III  
N: V  
58

*Fer. 4. Hebr. sancta ante finem.*

*Pf. 87. 16.*

*T bren. 1. 12.*

*Isa. 53. 4.*

nando, vigiliarum in orando, lacrymarum & si  
 compatiendo. Recordabor etiam dolorum utili  
 convitiarum, sputorum, colaphorum, subo labo  
 tionum, exprobrationum, clavorum, ver  
 que similia, quæ per eum, & super eum, mer  
 dantiùs transferunt.

„Facit ergo mihi Fortitudo, facit firmi  
 „sed si accesserit etiam Imitatio, ut sequar  
 „gia ejus. Alioquin exquiretur à me lang  
 stus, qui effusus est super terram, nec im  
 ero ab illo tam singulari scelere Judæorum  
 videlicet tantæ charitati fuerim ingratus  
 spiritui gratiæ, contumeliam fecerim: qui  
 guinem testamenti pollutum duxerim  
 conculcaverim Filium Dei.

„Sunt plerique qui laborem & dolor  
 „tiuntur, sed necessitas in causa est, non  
 „& hi non sunt conformes imagini  
 Sunt qui ex voluntate sustinent; sed  
 pars neque fors in sermone isto. Vig  
 nocte luxuriosus, non solum patienter, sed  
 libenter ut expleat suam voluptatem, te  
 raptor vestitus ferro, ut diripiat prædant  
 lat fur, ut domum perfodiat alienam  
 omnes, & horum similes, longè sunt à  
 dolore, quem considerat Dominus. Hæc  
 autem bonæ voluntatis, qui Christiani  
 tate, divitias paupertate commutaverunt  
 etiam non habitas tanquam habitas com  
 runt, relinquentes omnia propter ipsum  
 & ipse reliquit omnia propter ipsos, se  
 cum quocunque ierit.

„Hujusmodi autem Imitatio validè  
 „mihi argumentum est, quòd Passio Sal  
 ginit.

& similitudo Humanitatis, in meam transeunt, utilitatem. Hic enim sapor, hic fructus est & laboris, & doloris. „] Hæc Bernardus, cujus verbis, nihil præter uberiorem & intimiorem mentis considerationem addendum arbitror.

MODUS XXXVII.

**T**Rigesimus septimus Passionem Domini meditando modus est. Assumere ad considerandum quinque præcipua genera rerum in Christi Passione elucescentium; qualia sunt. 1. Dolores interni Animi Christi. 2. Dolores externi Corporis Christi. 3. Virtutes excellentes & Heroicæ in Passione à Christo exercitæ. 4. Opera & labores admirandi à Christo, tam in vita quàm Passione perfecti. 5. Excessiva Charitas Christi, qua omnia priora perfecit patravitque. Hæc quinque Capita, possunt per totidem vulnera Christi distribui, in eis que expendi, adorari, aliisque actibus piis, ac utilibus honorari. Hoc meditando Passionem Christo modo, usus est, & aliis tradidit Pater Joannes Argentus, vir in Societate nostra, magna perfectionis atque Sapientia Spiritualis: tum verò de hac nostra Polona Provincia optimè meritis. Cujus exercitium hoc libenter infero, tum grati animi mei in virum illum studio, tum quia illud ad profectum Spiritualem, in cujuscunque statûs persona promovendum perutile judico, qua etiam de causa, totam exercitii hujus dispositionem & praxim, prout eam à prudentissimo illo Patre traditam in adversariis meis asceticis ante annos triginta notatam habeo, in præfenti exhibere

N 2

volo.

*G. Drog.*  
*Sick*  
*Oper: ascet.*  
*Tomus III*  
*N: V*  
*58*